

CUR SOLA VIPERA PRÆ
cæteris serpentibus in cibis & an-
tidotis utantur antiqui.

CAP. XI.

N Andromachi Galene, quæ The- riaca postea à Cri- tone est appellata, ex tam multis ser- pentibus, non ali- cuius alterius, sed solius Viperæ idoneas carnes fuisse judicatas cognovimus, quæ in anti- doto positis commiscerentur. Au- tor ad Pisonem ad hanc solam cau- sam referendum esse indicavit, quod Viperæ sibi præ cæteris non tam no- xiæ in se vim habere sibi videren- tur, utique si Basiliscum conspectu & auditu enecare scribit, & tam violen- tum eum esse, ut si quod animal mor- tuum attingat, commoriatur. Dryi- nus & Dreyina ; quæ in radicibus

C 6 quer-

60 DE VIPERAENATURA

quercus commorantur, adeò pestifera qualitate prædicti sunt, ut supra ipsos transcurrentium pedes quidem excoorientur, crura verò tota valde tumefiant, & quod mirabilius adhuc est, si quis ægrum curare velit, medentium manus repelli; & sic de reliquis indicat. Ne longum faciam sermonem, multa fabulosa in hoc repetiri scriptore jam confirmavi: sed ego facile Andromachum præ cæteris Viperam Theriacæ commiscuisse arbitror, quoniam multò antea Nicander ejus caput ad serpentum ictus imponi jussisset, & vino & aqua propinasset tamquam antidotum. Sed certè medicina experta, longe melior est non experta; Propterea Andromachum hoc auctore, & observatione tam longa seculorum, quibus antea Nicander usus fuerat, & quoniam Romæ facilius haberi posset (etenim frequens est) illud etiam vehementer impulit, quod inter reliquos serpentes sola Vipera similima ho-

homini esse videtur; quoniam ejus caro hominem nutrit; simile enim à simili conservatur, & symbolica quādam virtute, hinc sympathiam quādam habere inter se planum est. Ex eo maximè appareret, quod hominis vital longior multò efficitur ex Viperinæ carnis usū, & ex hominis morte, ut Pythagoras putat, ex ejus spinali medulla, Viperam & serpentem nasci, & inde in vitam prodire, ut Isidorus tradit lib. 2. cap. 4. Antigonus, Lib. 1. Phegon. Trallianus, Appianus ALEXANDRINUS, aliique historici à mulieribus oriri Viperas; ex hominis quoque capillis serpentes nasci trididerunt, ex eo consensum probari, quod Antigonus n. 91. ex spina parvos serpentes nasci his qui ante obitum serpentis cadaver odorati fuorint, unde Archelaus hoc epigramma confecit:

Cuncta in se alterni ævivis longa revolvit,
Et vicibus certis omnia Mundus alit,
Et curvæ spine serpens, res mira, medullis

C 7 Nas.

62 DE VIPERA NATURA

Nascitur, hoc monstrum putre cadaver habet.

Traxerat exanimi vivus serpens odorem, &c.

Et quoniam corrupto sanguine menstruo, muliebri naturæ & ejus symptomatibus Viperæ carnibus occurrimus. Quin etiam corrupto vini dolio, viperæ vivæ in dolio & vino enecatae, illud jam in corruptum reddiderunt & optimum restituerunt. Mirro quodam modo in cella vinaria Romæ Illustrissimi olim Cardinalis Ursini accidisse multorum testimonio & colloquiis accepimus. Ecce igitur quoniam notior erat, & Romæ frequentior, & pariter usus apud antiquos; propterea Vipera tantum in Theriaca Andromacho uti placuit; quoniam sola habet cum homine sympathiam. Nostra tamen ætate non defuere, qui aspidum carnes & reliquorum, in Antidotis permiscere non erubuerint, quod ego temeritate magis quam ratione fieri censem, si sola Vipera idem præstat, ut
præ-

præstare videtur, cum amuletum sit omnium venenorū, ad quid intus in corpore alio graviori veneno uti aut cibo magis horrido, aut antidoto periculosiori? nisi ~~ascesor~~ Nicandro aspis sit, eo enim cum viperā uti videatur, ut infra apparebit, sed ab Andromacho rejectum, quale sit re vera mihi cum multis incomptū adhuc est.

QUIS AUCTOR PRIMVM
*carne Viperina in Theriaca sit
 usus.*

CAP. XII.

Rofectò Galenus,
 & Auctor ille ad
 Pisonem, si quis a-
 lius sit, uni tantum
 Andromacho in
 Theriacæ confe-
 ctione, quæ antea
 sine viperis parabatur, vipereos pa-
 stillos